Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8377
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

IIII

Ex nequicia demonum impe-
dire volencium a percepcione hu-
ius sacramenti. Si igitur pollu-
cio nocturna proveniat ex
aliqua predictarum causarum
que sunt cum peccato morta-
li vel probabiliter vitanda
est impedit nimo sumpcionem
huius sacramenti quia licet ipsa
secundum se peccatum mortale
non possit esse habet tamen pec-
catum annexum racione sue cause.
Si vero proveniat ex cau-
sa que sunt cum peccato ve-
niale non impedit nimo contra-
sit quod homo sumendo sit
reus corporis et sanguinis
domini. Impedit tamen de congruo
propter duo quorum unum scilicet
accidit scilicet quedam feditas
corporalis cum qua propter reve-
renciam sacramenti non de-
cet accedere ad altare. Unde
et volentes tangere aliquod
sacramentum manus lavant ni-
si forte talis immundicia sit
perpetua vel diuturna ut est
lepra fluxus sanguinis vel aliud
aliud est evagacio mentis
que sequitur pollucionem noctur-
nam precipue quando turpi cogi-
cione vel ymaginacione con-
tingit. De pollucione vero
que provenit ex crapula ve-
niali distinguitur in decreto quia
aut sentitur in sompniis yma-
ginacio turpis et sic impedit
de congruo tam a sumpcione
huius sacramenti quam a confessione
aut non sentitur et sic non im-

pedit a sumpcione huius sacra-
menti. Impedit tamen de con-
gruo a confessione. Si vero
pollucio proveniat ex causa
que fit sine peccato ut ex na-
ture superfluitate et infirmi-
tate non est timenda quia ut
dicit Gregorius hanc animum
nescientes pertulisse magis
dolendum est quam fecisse. Unde
a neutro impedit et idem di-
cendum quando pollucio provenit
ex cogitacione que fuit ocio
sine peccato. Pollucio vero
veniens ex diabolica illusione
et si sine peccato fit impedit.
Unde Ysidorus: Quisquis pollui-
tur nocturna illusione ut
patet licet extra memoriam turpe
cogitacione se putet inquina-
tum tamen ut hic temptaretur
culpe sue attribuat. suamque
immundiciam statim fletibus ter-
gat. Ex quo tamen evidenter appare-
at quod dyabolus conatur auf-
ferre fructum eucharistie per-
cipere si non dedit causam
pollucioni sed magis causam
contrariam. Et hoc sepe acci-
dit in festis quando est communican-
dum. Unde legitur in collacio-
nibus patrum. Et cum quidam
frater semper pollucionem pa-
teretur in festis quando erat com-
municandum seniores comperto
quod ab eo non processerat causa
decreverunt quod propter hoc nullo
modo a communione cessaret et ita
cessavit illusio demonum intel-
ligendum causam et impedi-